

meridiani dæmones, orocentauri, pilosi, sirenae, lamiae, ululæ, struthiones, ericii, aspis, basiliscus, leo, draco, scorpius, princeps mundi hujus, rex harum tenebrarum. Qvamvis autem ex diversis istis agnominationibus dæmonum, diversa eorum genera ac studia non inepte colligantur, negandum tamen non est tum scriptores Christianos complures, tum ipsa quoque sacra Biblia earum plures promiscue tribuere omnibus illis spiritibus peccatoribus, non servato suo principio & relicto suo domicilio in judicium magnæ diei æternis vinculis sub caligine asservatis.

- a) *De Prepar. Evangel.* L. V. c. 3. Posidonio placitam Etymologiam notavit *Macrobius* *Saturnal.* I. 23. b) *In aurea Carmina* v. 3. p. m. 45. Hesiode eandem sententiam Plato tribuit, conf. *Lud. Virses* ad *Augustin. de C. D.* IX, 11. c) *De Civ. DEI* L. IIIX. c. 14. sic & L.IX. c. 19. Eqvidem mavult *Histoire Critique de la Rep. des Lest.* T. II. p. 246. locum Paulinum & *Cor. X.*, 20. exponi de *Dii gentium* *lism* qvam de *diabolis*. Ut i vero Cl Editori labens concessero gentes dæmonas deos suos appellasse, non tamen negabit inde Paulum dæmonas illos malos spiritus statuisse, cum etiam v. 19. ab iis *idola s. dea*stros probe distingvat. Neq; loca qvæ *Knatchbull* in *Tim.* IV, 1 allegat ex *LXX.* Interpp. negant, illos quoque dæmonia pro idolis ponendo *diabulos* significasse. d) *De Prepar. Evang.* L. IV. c. 3. e) *Ad Hesiodum.* f) *Adversus heres* L. V. c. 24 g) *Hæres* LXIV. p. 544. conf. *Athenagoras* in *Legatione pro Christianis.* h) *Collatione Patrum* VII, c. 17.

§. III.

*Theologia de monum bo- monymia.* Qualiscunque vero malignorum istorum Spirituum diversitas, ipsos Theologicæ etiam cuicunque notitiæ sive aptos sive studiosos si- ve ea instructos magis aliis alios facile ostendit. Triplici autem potissimum ratione THEOLOGIA DÆMONUM dici potest. Aut enim denotat peculiarissimam diabolo & angelis ejus scientiam de DEO & rebus Divinis, quam ii ex propriis suis fingunt. Quam, cum quæ ex propriis loqvuntur, mendacium existant, falsam, κακίαν ἀδιδάκτην & αὐλοδιδάκτην, αὐτοεργίαν, & fœcundam omnis αὐτοεργίας matrem ex rei veritate appellat Celeb. Danus, Sev. Lin- trupius (a). Aut signat veram illorum scientiam de DEO rebusque Divinis ipsosmet dæmones attingentibus & attinentibus, forinsecus ipsis quomodocunque advenientem. Aut denique notat DEI Divi- narumque rerum ad hominem ejusq; salutem spectantium sive mysteri- orum Gratiae scientiam, quatenus ea in diabolis reperitur aut existe- repof.